

300.

55 1/2

-37-

11 52. 1/2
12 7 1/2
by 1 1/2



John Carter Brown
Library
Brown University

July 21


f. 182
f. 213



Index

América	Pragmatica de su Mag ^d sobre la reduccion de la moneda de vellon a su justo valor	f. 1
	Tassa de los intereses que podran llevar las diputaciones por los cambios de magaste y razon de las disminuciones de los lugares de España	f. 14
	Pragmatica sobre los dies dias del año que se rebajaron para el computo de la iglesia	f. 16
	Decreta sacre congregationis concilij	f. 18
Chiquisaca	Por el Dean y canildo de la ciudad de la plata en razon de las Prebendas que sequieren padecer	f. 25
id.	Por el Lic ^d Juanathan Zambiana de Allalobos oidor de charcas sobre el despojo de su plaza por auerse casado en hijo suyo sin licencia	f. 20
id.	Otro Por el dicho en el Consejo de indias en satisfacion de la culpa que se le pone en dicho casamiento	f. 32
	Real cedula en que reprehende su Mag ^d al Presidente de Panama sobre el tratamiento y prision q ^d hizo a los indios	f. 36
	Otra en que concede licencia al M ^d D ^o Jorge Manrique	f. 16
	de ir a parar a España	f. 11
	Tassa y ordenanzas para el Reino de Chile	f. 19
	Auto de la division de los obligados de Guamanga y Azuay separados del cruzo	f. 91
	Auto de la division de los obligados de Tauxillo separados del arzobispado de los Rios y del obispado de Quito	f. 98
	Allegato super integra solutione decimarum, in causa inter Episcopum et indios naturales Diocesis dicti Episcopatus	f. 104
	Resolucion sobre si se deve tomar residencia al Promisor	f. 125
	Informe sobre el derecho de la antigüedad del colegio R ^d de S ^{ta} Clara	f. 129
	Otro sobre que los Canonigos cathedrales se devan tener por presentes	f. 146
	Memorial sobre que se extingan las doctrinas de los frailes	f. 158
	Instruccion del modo de la publicacion de la bula	f. 162
	Informe por el fisco contra el Promisor sobre la inmunidad de	f. 182
	Don Lopez Cas-	
	Relacion de la division del arzobispado de la plata	f. 213

401



QVADRAGINTA, ET OCTO

CONCLVSIO NVM MANVS IN CE,


LEBERRIMO TOTIVS PERVVINI

Regni, Diuorum Philippi & Marci maiori

& Regali Collegio:

(.?..)

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO DO:
mino D. Ioanni de Mendoza, & Lina Marchioni de Montesclaros, & de
Castil de Bayuela, è nobilissimo militum Dni Jacobi Spatiferi Ordine
Equiti meritisimo, & huius Novi Orbis Proregi dignissimo
& vigilantissimo.



A BACCALAVRO IOANNE HVRTADO DE VERA ET
de Rosales, eiusdem insignis Collegij obseruantissimo filio, publice
disputandarum, dicata, consecrataque.

(.?..)

Cum Licentia Limæ.

Ex Typographia Francisci a Canto.

Anno. 1613.

CONSTITUTION ET ORDRE

CONSTITUTION DE LA REPUBLICA DE LA REPUBLICA DE LA REPUBLICA

LE PRÉSIDENT DE LA RÉPUBLIQUE
A DÉCRETÉ
QU'IL Y AURAIT
UN
MINISTRE
DE LA
JUSTICE
ET
DES
CULTES



LE PRÉSIDENT DE LA RÉPUBLIQUE
A DÉCRETÉ
QU'IL Y AURAIT
UN
MINISTRE
DE LA
JUSTICE
ET
DES
CULTES

LE PRÉSIDENT DE LA RÉPUBLIQUE
A DÉCRETÉ
QU'IL Y AURAIT
UN
MINISTRE
DE LA
JUSTICE
ET
DES
CULTES

ILLVSTRISSIMO ET EX³

CELLENTISSIMO DOMINO D. IOANNI DE MENDOÇA & Luna, Marchioni de Montescaros, & de Castil de Bayuela, è nobilissimo militum, D. Iacobi Spati.

feii Ordine Equiti meritissimo, & huius noui orbis Proregi dignissimo, & vigilantissimo.

BACCALAURUS IOANNES HURTADO DE UERA & de Rosales, celeberrimi Diuorum Marci & Philippi Maioris & Regalis Collegij filius.




ILIGENTIVS quærendum esse beneficij quàm pecuniæ creditorē, admonet Seneca; Huic enim reddē dū est quantū accepimus, & si reddidimus soluti sumus ac liberi: At illi plus soluendum est, & nihilo minus relata gratia cohæremus.

Ego te (illustissime, & excellentissime Princeps) meorum studiorum patronum agnosco, cum beneficio tuo in hoc Regale Collegium mihi paruerit aditus, & honorifica ista toga, qua (licet immeritus) induor, tuerim insignitus. Iure igitur optimo, cum, cui tanti muneris nomine studiorum meorum progressus, (si qui fuerint) debentur, ad eorum specimen voco; & qui beneficijs tuis paria facere nequeo, summa tua benignitate fratus, præsto quod possum, & hoc tenui munusculo memoriæ, & reuerentiæ meæ symbolum offero. Nec dubito quin ita debitum æquet solutio: nam cum de gratia ponenda, referendaue agitur, plus dat qui meminit accepisse, quam qui beneficium contulit. Memoria in dante exprobatio est, in accipiente scænus. Placet igitur te ita affari, vt Gratianum Aufonius cum eum consulem fecisset, soluo quod debeo, & adhuc debeo quod soluo. Et si opis esset nostræ donarem æra, pateras, donarem tripodas, quas aut Pharrasius protulit, aut Scopas, sed vt Flaccus Censorino

202
rino, non hæc mihi vis, nec tibi talium res est, aut ani-
mus deliciarum egens. Gaudes interdum litteris, & qui
armatam Palladem colis, doctam suspicis. Litteraria ru-
dimenta possum donare, hæc præsto, hæc ut excipias, &
tuearis exopto. Facile id tibi, sub cuius præsidio ingens
huius Peruvini Regni moles secure quiescit, sub cuius
prudencia feliciter & suaviter gubernatur, sub cuius
immagine tot excellæ ac vere Regiæ Mendociæ & Lunæ
familix Heroes veluti rediguos inspicimus. Nec enim
ille frustra.

*Vinimus in natis, nostrumque per astra nepotes
Nomen sacra ferunt, nobis adscribitur omnis
Posteritas, nostrum referens de pectore vultum.*

Sed vereor tenuis ipse facundiæ, & pauper ingenij, res
tantas parum culto stylo percurrere, quare me intra epi-
tolæ cancellos contineo, & ut cui multa debeo, plurima
debeam. tu Excellentissime princeps vive diu, & felicità-
ter vale.



DE TOTA IVRIS CIVI.

LIS PRVDENTIA HEC DIFFICILIORA SEL-
GVNTVR LOCA,

OPTIONE DONATA.

EX PAULI RESPONSO LIBRO. 3. AD

edictum, in l. item, quia. 3. de pactis.

I. CONCLUSIO.

Cum conventiones, etiam tacitæ valcant, merito ex le-
gis auctoritate usurpatum esse videtur, ut bona, quæ
quis in urbanum prædium a se conductum inuenerit, &
intulerit, eo ipso pignori sint locatori, etiã si de hoc ni-
hil nominatim conuenerit.

II. CONCLUSIO.

Utrum in rusticis prædijs (quæ ab urbanis non loco,
sed qualitate distinguuntur) idem ius observari debeat,
non satis inter Doctores apparet. Ego fructus ex rustico
prædio a colono perceptos, fundi domino tacite pro pe-
sione teneri constituo: quæ vero intulit, & inuexit, non
aliter quam si expressa partium conventio præcesserit.

III. CONCLUSIO.

Aliena bona in domum conductam inuenta, etiã si eorum
dominus illa inferri viderit & tacuerit, dummodo ab-
sit dolus, hypothecæ non subijci affero, quidquid Accur-
sius, & alij contrariũ admittant, sed neq; propria inquilini,
si venalia sint, & non ita inuehantur, ut ibi durare condu-
ctionis tempore manserint, nisi forte negotiationis magis
quã habitationis gratia tale prædiũ conductum esse pbetur.

III. CONCLUSIO.

Tacita hæc hypotheca locatori ius tribuit, ut fructus
qui ex suo fundo percepti fuerint, vel bona in domum
conductam inuenta & illata, directo vel utili Saluiano
interdicto persequi possit, etiam si colonus vel inquilinus
illa in alium locum transtulerit, sed an in his quæ in
tertium possessorem alienata reperiuntur, hypothecæ
ius duret, interpretes dubitant, Ego aientis & negantis
sententiæ me assertorem constituo.

90-
DE DIFFICILI AFFRICANI RESPONSO IN L.
Frater a fratre, 38. de conditione indebiti.

I. CONCLUSIO.

Quamuis mutui datio domini translationem requirat, filius autem familias nihil habeat quod transferre in alterum possit; Pro virili tamen defendam, in hac Affricani specie mutuum inter istos duos fratres sub eiusdem patris potestate manentes utiliter constituisse.

II. CONCLUSIO.

Lect naturalis obligatio, quæ sola inter fratres sub eodem patre manentes oritur, debiti soluti repetitionem impediat, in Affricani tamen specie fratrem fratri, mortuo patre, virrute huius obligationis soluentem, pro qua parte patri successit repetere posse omni obligatione confusa tuebor.

III. CONCLUSIO.

Ergo cum pro qua parte debitor filius patri successit, obligatio tollatur, necessario dicendum est, naturalem obligationem patri per alterum filium creditorem quæsitam fuisse quidquid Hotomanus enim contrarium affirmet.

III. CONCLUSIO.

Restat, ut quid iuris sit in altera parte, dicamus pro qua creditor frater patri successit, & in ea quoque repetitionem concedit Affricanus, si ex fratris debitoris peculio, non minus debito ad fratrem creditorem pervenerit, cum peculij onera ipsum semper peculij possessorem sequantur.

EX ULPIANI, ET PAULI RESPONSIS.
in ll. Mutus. 5. More. 8. Pupillus si fari, de acquir. heredit.

I. CONCLUSIO.

Mutuum, surdum, & prodigum, tam pro hærede gerendo, quam per solemnem cretionis formulam ad eundem, hæreditatem sibi relictam quærere potuisse Barto. & alij male putarunt. Ego vero, inspecto digestorum iure, aditionis, quæ per cretionem fiebat, mutum, & surdum nullo modo capaces fuisse defendam.

II. CONCLUSIO.

Prodigus, & si ei bonis interdictum sit, quia tamen fari poterat, & solemnia cretionis verba intelligere, cû tutoris auctoritate, tam pro hærede gerendo, quam ad eundem hæres effici poterat, & in hoc maxime a furioso distabat, qui si extraneus esset, nullo modo iure civili adquirebat hæreditatem.

III. CONCLUSIO.

Pupillus hæreditatem (quamvis lucrosa esse videatur) sine tutoris auctoritate adquirere non potest, tutore vero interueniente, si fari poterat, utroque modo hæreditatem consequabatur, si vero fari non posset, dum taxat pro hærede gerendo, quia non valebat solemnia cretionis verba proferre.

III. CONCLUSIO.

Cum scrupulosa illa cretionum solemnitas a Theodosio Imperatore iam fuerit sublata, hodie pupillus tutore auctore, & mutus, & surdus, (si id quod agunt intelligunt) absque distinctione hæreditatem sibi relictam agnoscere poterunt, furiosus autem per curatorem impetrata bonorum possessione.

I. CONCLUSIO.

Interpretum vulgus captatorias institutiones, eas esse putat, quæ alieno arbitrio permittuntur. Ego vero, eas dumtaxat hoc nomine a Consultis appellari defendam, quæ alienam hæreditatem sub fallaci alterius hæreditatis promissione captabant, veluti instituo te si me institueris.

II. CONCLUSIO.

Et si dispositiones in alienam voluntatem collatæ captatorie non sint, veterum tamen prudentum decretis improbatæ sunt, ideoque hæreditas, legatum, vel fideicommissum valere non poterit, quod alicui relinquitur sub expressa conditione, si alter voluerit.

III. CONCLUSIO.

Si expressa alienæ voluntatis conditio non fuerit, sed tacita, & sub alterius conditionis implemento velata utique legatum subsistet, veluti, si Titius ascenderit Capitolium, idemque erit in conditione, si Titius fuerit arbitratus, quo casu de boni viri arbitrio intelligitur.

III. CONCLUSIO.

Cum in arbitrio debitoris esse non possit, an debeat, merito legatum in voluntatē hæredis, quamvis tacitam, & velatam collatum, inutile est, excepta causa fidei commissariæ libertatis, quæ etiam sub voluntate expressa utiliter relinquitur, veluti hæres meus, si volueris, si fidei tuæ committo ut Stichum manumittas.

EX MARTIANI RESPONSO IN L. NON
solum, 30. de Admonib. & Obligatione.

I. CONCLUSIO.

Cum in contractibus duorum pluriumue interueniat, & requiratur consensus, sicq; erroris præsumptio cesset impossibilis conditionis adiectione eos inutiles reddi, cum Martino in præsentem defendam.

II. CONCLUSIO.

licet autem in matrimonij contractu duorum mutuus intercedat consensus, & sic propter impossibilis conditionis adiectionem nullus constitui deberet, eius tamen singulari favore impossibilem conditionem reiiciendam, neque eius occasione matrimonium vitari Pontificias sequutus sanctiones, constituo.

III. CONCLUSIO.]

In ultimis vero voluntatibus, quæ ex solius testantis dispositione dependent, impossibilem conditionem per errorem adiectam censerem, & sic earum validitati non obesse, post longam iuris prudentum controuersiam obtinuit

III. CONCLUSIO.

Quia in res perandam non esse impossibilem conditionem, quam testator possibilem esse existimabat a cæteris impossibilibus conditionibus, sed utraque ex ultimis testantium dispositionibus reiici, contra vulgo receptas traditiones constanter affirmo.

I. CONCLUSIO.

STipulationem (quidquid alij velint) proprie contractum appellari posse, cuiusq; formam iure civili inuentam, & in solemni quadam verborum conceptione positam esse defendam: quibus quis interrogatus daturum facturū se id de quo interrogatur, congruēter spōdet.

II. CONCLUSIO.

Hinc constat a muto, surdo, aut infante stipulationem contrahi non posse, neque ab absentibus per nuntium, vel per Epistolam, imo neque a praesentibus, si vel extraneum actum stipulationi miscuerint, vel verba excusare volentes, litteris, vel nutu responderint, adeo ut in hoc casu ne quidem naturaliter obligentur.

III. CONCLUSIO.

EVm affirmo congruenter stipulationi respondisse videri, qui praecedente interrogatione eisdem verbis, vel alijs voluntatem suam aperte significantibus, siue Latina, siue Graeca, aut qua alia lingua se daturum, promiserit, vel etiā si impersonaliter, & indefinite respondens, dabitur, promittitur, fiet, vel similia verba protulerit.

III. CONCLUSIO.

QVid qualitatem circa diem, vel conditionem interrogationi, vel addit, vel adimit, in totum stipulationem corrumpit, nisi responsionis diversitas illico stipulatori placuerit, quamvis qui quātitatem, vel species in interrogatione comprehensas, vel auget, vel minuit, eatenus absque nova complacentia vtiliter respondisse credatur, quatenus promissio cum stipulatione concurrat.

LEX IMPP. RESCRIPTO IN L. 3. C. DE
rescindenda venditione.

I. CONCLUSIO.

ET si intra latitudinem iusti pretij naturaliter liceat contrahentibus se decipere, hoc est, (ut ego cum doctis viris interpretor) natura ipsa contractus, & contrahendi usus hanc deceptionem admittat, ubi tamen læsio dimidiā partē iusti pretij transcendit, remediū huius legis magna cum ratione introductum fuisse mōstrabo.

II. CONCLUSIO.

Quando hæc deceptio ultra dimidiam contingere dicatur, non satis cōuenit inter iuris Doctores, ego autem tunc contingere aio, quando dimidium iusti pretij apud venditorem non remanet, veluti si pro re valente nouem, quatuor recepit, aut emptor pro re quæ valebat quatuor, nouem expendit.

III. CONCLUSIO.

Quāuis Cuiacius, huius legis remediū ita stricte accipere velit, ut ad vēditōrē dūtaxat pertineat. Ego tñ eū reliquis emptori quoq; ultra dimidiā decepto cōpetere probo, imo & ad reliquos contractus bonæ fidei, & stricti iuris extēdi, in quibus similis læsio cōsiderari potest, sed an in transactione cōpetat? Esto problema.

III. CONCLUSIO.

Deceptis ultra dimidiam ita ex beneficio Impp. succurritur, ut aut res restituto pretio sibi restituatur, aut quod deest iusto pretio suppleatur. Vtrum elegerit reus, & quamuis alternatiue agere consultius sit, non tamen eum repellendum existimo, qui ad rem tantum libelli verba direxit.

I. CONCLUSIO.

Compēdiosam substitutionē Bart. sequutus eā esse cō-
tēdā, quæ sub conditione mortis, vel alia plura tēpo-
ra, pluresq; substitutionū casus cōplectitur, quæ si verbis
directis a milite fiat, intra pubertatē iure cōmuni substi-
tutū ad patris, & filij hēreditatē admittet. Postea vero, ut
directa militaris ad patris dūtaxat cū fructib; inuētis in
hēreditate, iuxta acutissimi Papiniani sentētiā, cui nō re-
fragari Impp. decisio nē in præsenti facile demōstrabo.

II. CONCLUSIO.

Si cōpēdiola a pagano ultra pupillare ætatē ciuilibus
verbis cōcepta reperiatur, an in fideicōmissariā flecta-
tur, quāvis ut directa valere nō possit, anceps est, & ele-
gans quæstio, & in qua magnis se iuribus, & rationibus
vtriusq; partis assertores tuētur, sed mihi magis eorū se-
det sentētia, qui fideicōmissum nequaquā admittūt, nisi
vel obliquis, vel saltē cōibus verbis vltus fuerit testator.

III. CONCLUSIO.

Milites impuberibus tantū liberis quos in potestate ha-
bent, & in aliorū potestatē recaluri nō sunt, etiā si si-
bi nullū testamētū scribant, pupillare substitutionē face-
re possunt, quæ si expressa fuerit, vel generalibus cōpen-
diolæ verbis concepta proculdubio matrem excludet.

III. CONCLUSIO.

Sed an si miles in primū tantū casum substitutū scripserit
cuius volūtas ad secūdū quoq; ex diuorū Marci, & Veri
cōstitutione trahatur, nō parū cōtrouertūt auctores, mul-
tis existimātibus in militis testamēto intellectæ substitu-
tioni locū nō esse. Ego vero sub vulgari expressa, tā in mi-
litis quā in pagani testamēto tacitā pupillare latere de-
fendam, quæ tamen contra matrem effectum sortiri nō
possit, nisi aliqua coniecturæ contrarium suasserint.

I. CONCLUSIO.

Substitutionem proprie in duas tantum species distinguere contendam, vulgarem scilicet, & pupillarem: utramque recte ab Accursio secundam institutionem definiri. Cum gradu tantum, & ordine successione, non substantia, & effectu ab institutione differat.

II. CONCLUSIO.

Vulgari substitutio inde dicitur, quia à quolibet, & cuilibet fieri potest, & licet per illa verba (si hæres non erit) concepta, tam casum voluntatis quam impotentiam comprehendat, quia tamen semper in casum non aditæ hereditatis effectum sortitur, merito simplex a Modestino appellatur.

III. CONCLUSIO.

Substitutio altera pupillaris, & duplex ea de causa vocatur, quia impuberibus dumtaxat liberis a parentibus fieri potest, eo usque duratura quo pupillarem ætatem compleverint, in duplicem casum concipitur, nempe, si hæres non fuerint, aut si fuerint, & intra pubertatem decesserint.

III. CONCLUSIO.

Pupillarem substitutionem his demum liberis fieri posse cum Vlpiano tuebor, qui & testamenti, & mortis tempore sub patris vel aui potestate constituti reperiantur, & in alterius potestatem postea recasuri non sint, unde nec matri, aut aui maternis, nec patri tantum naturali, ita substituendi facultas conceditur.

115
DE EX DIFFICILI §. PRIMO, INSTITUTIO.
nibus, quibus modeste contrahi, obligatio.

I. CONCLUSIO.

ET si in alijs contractibus quos te celebrari videmus, eadem res, quæ traditur veniat restituenda. Mutuum tamen illud sibi specialiter vindicat, ut non eadem res, sed alia similis quæ tantumdem præster in genere suo, pro solutione reddatur.

II. CONCLUSIO.

His consequens est, ut mutuum in his tantum rebus contrahi possit, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt. Quarum ea natura est ut illis à debitore consumptis, alias eiusdem generis æque commodas creditori reddere valeat.

III. CONCLUSIO.

INter reliqua, quæ in contractu mutui desiderantur, illud Principem obtinet locum, ut & dantis sit res de qua mutuanda tractamus, & ut eius dominum transeat in accipientem, quorum altero deficiente mutuum quoque deficere aio.

III. CONCLUSIO.

Sed anceps est, & elegans quaestio, an is qui rem aliquam sibi mutuam accepit, & rursus forte illa non egens, eandem creditori reddiderit, mutuum contraxisse dicatur, in qua mutuum recte contractum fuisse cum magis communi Doctorum schola defendam.

I. CONCLUSIO.

EA quæ alioqui omnino heredibus debentur, non au-
ferri, si quid, quod testator mandarit, non faciant,
summa æquitate nixus iubet Iustinianus: quare legiti-
mam illam portionem, quæ secundum naturam aliqui-
bus est debita, liberam semper esse, omni que nexu solu-
tam, nec propter contemptam defuncti voluntatem adi-
mi posse tuebor.

II. CONCLUSIO.

Si spontanea defuncti voluntate aliquid nec legibus in-
terdictum, nec probrosum, nec impossibile relictum
integro anno hæres iudiciario monitus decreto non im-
pleuerit. Hæreditatis lucrum amittere, illudque substitu-
tis tribui, aut cohæredibus accrescere, aut ceteros suo
ordine vocatos admitti, si quod testator iusserit, caue-
rint se facturos, sustinebo.

III. CONCLUSIO.

Hæredem, ut legis Falcidiæ beneficio aliquid perci-
piat, ante omnia conficere debere inventarium præ-
sentibus legatarijs, vel tribus fidedignis testibus, eo que
modo, & intra ea tempora quæ in alia constitutione Ius-
tinianus præscripsit, iam diu sine cōtrouersia admissum
fuisse sustento.

III. CONCLUSIO.

Legis Falcidiæ (cuius ratū māsit imperiū plusquāquin-
gentis annis) auctoritatē magna ex parte tandem Ius-
tinianus imminuit, vult enim ratam esse testatoris, hære-
dem Falcidia uti vetantis, voluntatem. Nec posse hære-
dem quibusdam solida legata præstare, & ex alijs legatis
solidum suum quadrantem deducere.

I. CONCLUSIO.

Nunc tandem Iustinianus, quod ab alijs præstitum nõ erat, confert fideiusoribus beneficium, statuitq, nõ posse conueniri fideiussores, ne pro virili quidem sua parte, quamdiu reus principalis soluendo est, ac præsens eum enim priori loco excutiendum esse, quin & si is ab fuerit, dari fideiussoři tempora quibus absentem accersat, iudicioque sistat, bene se habere putauit.

II. CONCLUSIO.

Priusquam de iure hypothecæ aduersus extraneum possessorem creditor contendat, personali actione reum principalem, eiusque fideiussores conueniendos fore merito statuitur, quam fideiussořum bona potius, quam debitoris ipsius, actione in rem nequaquam impetantur.

III. CONCLUSIO.

Hac tamen constitutione non obstante, Seueri & Antonini rescriptum, quo, creditori, qui pro eodem debito & pignora, & fideiussores accepit, si malit fideiusso rem conuenire in eam pecuniam in qua se obligauit, permittitur; dum tamen pignorum iura & actiones in alium ante omnia transferat, ratum firmumque manere defendam.

III. CONCLUSIO.

Creditorum, qui mutuum dedit, si nec debitor aurum habeat quod reddat, nec emptorem rerum suarum inueniat, res huius debitoris immobiles, si desint mobiles, in solum accipere cogi a Magistratu prius æstimatione, certissimo iure traditum esse contendam.

(Tri Sabbati 21. Septembris)

1 A Dimission de Larcobrado de
Lima Trux. Guamariga y Arequipa quedaron
atras de la rraimpresia y acaban en folios.

La Dimission de Larcobrado de la ciudad de
La Plata en relacion e como se sigue

Lo Primero La S. de Papa Paulo. 5. despues su
bulla para la dimission Lano de 1609. de julio
que fue el 2. anno de su Pontificado. Concediendo la dha. dimission

Luego en esta conformidad despues el Rey Philippe 3.
orden en el Rdo. a 17. de 9. de 1609. dirigida al Ldo.
al C. Maldonado de Torres. presidente de la audiencia de
la Plata y que ya estava proveido por el ydri de con. y o de
por su au. al C. Arias de V. parte y dor de la aud.
en las encarga tracen la dimission de dha. arcobrado en
y se para cobrado la ciudad de la Paz de Chuquibato. y otro
en la Barranca de la Repu. de S. Cruz de la Sierra. y
que el arcobrado de la Plata quedase mejorado en renta y lo demas
y que en luego en que forme se de la dha. dimission y
y renta de un acade vno. 80.

Y en esta conformidad. el dho. Ldo. al C. Maldonado de Torres
en Potosi en 3. de febrero. de 1609. provee auto de la dimission
y vi. adhiriendo la voluntad de sumas y de la dha. de
lo que de valor y de au. de dho. arcobrado. reduciendola a
man. que queda al Arcobispo de la Plata la mitad de todo y
al de la Paz. tres y al de la Barranca dos. - auendo de dho.
prim. vncumulo de diez de todo ello. - Salta de dho. de puto
de 10. al ultimo de la 4. decimal y de dho. contra
de de diez anos. de 1599. Salta de de 688 montan los dho.
10. a 2. 10710381 pr. que vale vn ano con otros 170138
pr. de adobeto y medio queson 19520 ducados de a onte
172. conforme al dho. y a la voluntad de sumas. Viene a dar
al Arcobispado en rraiano 9760 ducados. y a la dho. de la
otramittad al de la Paz 5850 ducados. y al de la Barranca
3904 ducados. y por dho. de dho. inconueniente y no al comen.

uch
allu
m. 2



88
- 303-
1627

7/1/17

